PAMFLET
14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

L Z Poes N° 2024.

# IN laudem reueren diſſimi in Chriſto patris. atq; illuſtriſſimi pricipis. ac dñi domi Philippi de Burgundia Epiſcopi Traiectini iſigniti Ioãnis Grãdis de Zwalturñ Eq̄tis Bohemi Panegiricon



KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

# Ad clariſſimum equitem Magnificum dominū Hermannū de Witerwyck Eccleſie Dauentrienſis Decanū inſigniti Joannis Grādis de Zwalturn Equitis Boi hemi in Panegyricū ſequentem pre fatio

LEontinū Gorgiam eminētiſſimū illū viꝝ.cū(q̄ p̄mus Athenis dī
cēdi gen⁹ inuaſit) dicere ſolitū ſcpſit Plato. Vir ſtudioſiſſime atq̨ oꝛ
natiſſime.nihil hoīb⁹ a dijs imoꝛtalib⁹ relatū ſalubri⁹: nihil vtili⁹: ni
hil humane neccitudini accōmodaci⁹: q̄ȝ artiū adinuētōes traditioneſq̨: quas
ſuos illuſtratoꝛes cultoꝛeſq̨ ſuperis aſſignaſſe celoq̨ dedicaſſe autumāt. Eaȝ
ob rē exhibeo Panegyricū in Exceptōeȝ Dauētrinā Illuſtris Pricipis Epiſ
copi Philippi: a me his diebus ſcptū, immo effuſuȝ.et ſi p̄ te licuiſſet: quāta
me dij boni infamia liberaſſem. Hec ꝟo tā ſtult⁹ ſim: vt mihi exemplo Albini
cuiuſdā: apud lcōꝛes p̄cipitare editōis veniā depcer. queadmodū ille arrogan
ter tractare grecitatis. Abeāt.exeāt.ꝛ īnditio ſuo pereāt, infaceti ioci: inargute
inamoena et inepta poemata. Malo dū te depcoꝛ erraſſe rep̄hēdi q̄ȝ ſtulticia
ſup̄boꝝ vitio notari: debet̃ q̄dem hoc pulcherrimis tuis in me meritis.debet̃
abſolutis. Philippi ꝟtutib⁹ Cāto oīȝ p̄ Europā Principū: optimi.maximiq̨
quāto ego ſum oīm ibidē poetaꝝ peſſim⁹. Qd̄ ſi erratū a me eſt.hoc p̄mū cō
ſolabit̃.q̄d nō p̄t nō multos in cōſimilē erroꝛē adducere Philippi bonitas.de/
inde q̄ te occullatoꝛe edidi.cui⁹ amoꝛ ac reuerētia apd̄ vniuerſos politioꝛis li/
teratoꝛie aſſertoꝛes tanti ſunt: vt vel grauioꝛi delicto: veniam ac gratiam pe/
pererint: quid igitur.hec edi opoꝛtuerit: an vt hunc quem laudo ad virtutem
capeſſendaȝ inuitarem.minime vero: ſed ingenia equalium ad ſcribendum
excitarem: et excitabo ſane: nam quotus quiſq̨ erit: quem viſis his non iuua
bit ſtatim melioꝛa ſcribere: et ſunt foꝛtaſſe qui poterunt multi.me autem ſic vī
ci non pigebit. Virtutes modo in hoc principe ita ſunt omnia ſumma.vt non
opus ſit legentium fidem pretio captare: nec ego vnquam dixero hoc.quod
ille ſcriptum reliquit loquutum ſe de Cyro.non q̄ talis fuerit: ſed q̄ talis eſſe
debuerit. Adulandi vero ſtudium adeo ſemper a moꝛibus meis abfuit: vt nī
hil vnquam remotius: id quod tu ſcis et annos iam plus quīq̨ diuerſa mea
foꝛtuna expertus es: poꝛro Philippus non eſt is cui dici conueniat illud quod
huic Homerico dicitur: Ipſe ex ſemet talis eſt qualis eſſe debet: ſed quales eē
paucis adhuc contigit. Adeo enim omnes in illo ſunt nature dotes eximie.
oꝛnamēta foꝛtune cumulatiſſima: ꝛ niſi Panegyrico darem locum.plura re/
ferrem de illo: ad te reuertar: quem ego reoꝛ non ſine magna deoꝛum immoꝛ
talium benignitate coniunctum huic principi: poſſum ſupplicare dijs hoc de
te quod ille de ſuo Neſtoꝛe. Utinam tui ſimiles multoꝛ haberet Dauentria:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

Iam barbari eſſe deſineremus: tu vero vnus e paucis: quanta foelicitate con/
iũxiſti hec: negocia rei militaris deniq; Eccleſiaſtice atq; omniũ ſtudij literaꝝ
que te hiſtorie latent: quas fabulas ignoras: que carmina non legiſti: prudẽtia
vero ⁊ rerum gerendarum peritia in te notior eſt. quam vt a me prodi debeat
talem te apud Sixtum innocentium atq; Alexandrum: ſummos pontifices
vſu preſtitiſti. qualem apud hunc Philippum maxima omnium noſtrum vti
litate ⁊ reipublice Dauentrie commodo haberis: indicant item opes: te tue
manifeſtat ſplendor: dignitas ac potentia mira et inaudita modeſtia: in quo
enim rectius ꝙ̃ in te hec cumulata videntur: O ꝙ̃ memorabile verbum ⁊ om
ni poſteritati dignum retorſiſti. cum te pro contione inſolẽtium quidam ob/
iurgaſſet: non eam eſſe in te etatẽ: vt poſſis iam tanta meminiſſe reſpondiſti.
At tu o ſenex tantum ea in memoria habes que annis quadraginta aut pau/
lo pluribus acta ſunt: Ego ꝟo que duobus aut tribus. vbi te exemplo circum
ſtantium fauor ac applauſus excepit: illum ſua confuſio operuit: laudo igitur
te ac noſtro ordini gratulor: qui te tanto viro ruſticitatis famaꝫ exuit: inde es
in exẽplum mulieris ⁊ iam me ita animaſti. vt nondum peniteat eorum labo
rum. quos plurimis annis turbulentiſſimis fortune tẽpeſtatibus. ꝑ Italiam
ac Galliam amore literarum exhauſi: ⁊ poſt hac parebo libẽter tuis monitis
meo etiam periculo: quorſum enim non concedam ei: qui ſic de me: ſic de bo/
nis omnibus meritus eſt: ſed vt meum de Panegyrico conſilium plane intel
ligas accidit totiens mearum calamitatum id quod dicitur: diuturnum ſilẽtiũ
non parit niſi bonum Eloigium: Nam nihil vnq̃ cupidius ſcripſi: nihil citra
Pompam ardentiori virtutis zelo compoſui. licet a bedẽdi propoſito abſterre
bant multa: metus in primis. ne non ſatiſfactam tanti principis atq; preſulis
immo tanti acuminis virtutibus: videretur ingenij mei paruitate: deinde a/
liorum periculum quos ſepe vidi. cum fame ac glorie ſtuderent. in contẽptum
et infamiam deductos. Age ꝟo. lege hunc Panegyricum iſtum. quẽ totiens
nomino dolẽdum ꝟecundie mee ſpolium: ⁊ eo animo lege quo ſcriptus a me ẽ
non quo editus: Ac boni conſule. deniq; in lucẽ procurari calchographiſq; im
primendum maiori narratione ampluiſculaq; eloquẽtia: promotorie com/
mittere velis Vale.

# ¶ In exceptionē Dauentrinā Reuerendiſſimi in Chriſto patris atq; illuſtriſſimi princi pis ac Dn̄i Dn̄i Philippi de Bur gūdia Epiſcopi Traiectini. inſigniti Joannis Grā dis de Zwalturii Eq̄tis Bohemi Panegiric⁹

Hunc pōpam et plauſus feſtis clamo
moribus iſtos.
Vimq; triumphantis populi lae-
toſq; paratus
Oſtenſoſq; tibi princeps Philippe
fauores:
Non ab re ferimus. namq; vt te ex-
ciuit ab illa
Inuitum patria plenis Dauentria votis.
Opinio hoīm de Philippo.
Huc pacem huc requiem ſecura excire putaule
Veniſti cupidis et tanq̄ hinc omnia ſtarent.
Fixa in te trepide fuit expectatio plebi
Tunc quoq; cum voto patrum inducente vocantum.
Noſtra capeſſentem et migrantem a ſede paterna
Roma moraretur. moeſta timor anxius vrbe
Deſtituit mentes. animoſq; abiecit. et intra
Spemq; metumq; fuit dubiū ſententia vulgi
Seu tibi ſumma duci rerum commiſſa fuiſſet
Conſultum his terris. ſeu ſi importuna dediſſet
In medium ratio: trepidandum horrore ſupremo.
In te ſpes cupidis. in te fiducia ſolo
Omnibus alta ſtetit: poſita eſt. ex teq; pependit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

Ciuibus vna ſalus: vt ſi tu hęc munera nolles.
Oblatumqꝫ tibi dedignareris honorem.
Eſſent triſticię plena omnia plena timoris
Quos quoniam euentus melior fortuna redegit
Jucundam faciem. tulimuſqꝫ optata fauentes.
Reddita corda ſibi perculſaqꝫ pectora tandem
Jn vultus redire ſuos. lęta omnia pulſo
Omnia fida metu gaudent. quia mole pericli.
Te ſine nulla fuit gaudendi occaſio: tantũqꝫ
Huc tecum inuehitur lucis. quantum omnibꝰ aufert
Hic tuus aduentus nebulae. et caliginis atrę.
Longa mora eſt que te tenuit. faſtidia longa
Dum venias. aluere tuos ſuccumbere poſtqꝫ

Expectatio in Philippum:

Viſus es his monitis. non es procedere viſus
Et capere oblatum fortunaqꝫ obuius vti
Pręſentiqꝫ frui. feſſi expectauimus omnes
Quod te adigat tempus. ſępe intra ſpemqꝫ timoremqꝫ
Ambigui ſtetimus. ne qꝫ non proſpera cauſam
Sors ferat in medium. teqꝫ hinc omnino reuellat
Sic ſperat metuitqꝫ ſimul iam filia coniunx

Comparatio Philippi:

Deſponſata viro. nam quem ſemel hauſit amorem
Cunctari vetat. illa ęgre ſua gaudia differt
Jncuſatqꝫ moras. quecunqꝫ hijmenęa morantur
Tempora longa vocat. ardet ſe iungere pacto
Optatum cupit ire diem. noctemqꝫ iugalem
Anticipat votis. vbi venerit hora fruendi
Ut placitis ſatiata ſuis pręſentia captet.
Cum vero ratio omnis abeſt: ita in omnia ꝓceps
Fertur: et in cumulo dubitat que prima ſequatur
Queve capiat. quibus inſiſtat. data copia turbat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

Et facit ambiguam. nos haud ſecus impetus urget.
Deſtituit ratio perditaque oblata facultas
Quid primum. quid precipue fiat liceatque
Quod quis in obſequium ruat. aut que ſigna relinquat
Leticiae inſolite. quo gratificetur honore.
Jam certus. liberque metu optatiſque potitus.
Obuia turba tibi portis ſe effundit apertis. — Exceptio Dauentrina
Tendit in occurſum populus. ſunt ordine nullo
Leticia dirimente modum iuueneſque ſeneſque
Ingeminatur yo. vacuas conſcendit in auras
Clamor. ab impulſis reſonat clangoribus aether
Inuia facta via eſt. qua tu te immittis: ademptum
Eſt plateis nomen. quid ſi non ante vetaſſes
Hec fieri candore tuo. pudet auribus hoc: quod — Candor Philippi
Uirtutes meruere dari verum illa pudoris
Munimenta tui nos effecere verendo
Audere. et vetitos cupientius edere plauſus:
Tanta merebatur: quiſquis foeliciter olim
Bellum exegiſſet. domitiſque ex hoſtibus urbi
Inuexiſſet opes peregre. ſpoliiſque ſuperbis
Auxiſſet domine nummoſa eraria Romae
Siue rebellantes armis ſuperaſſet Iberos
Siue leues Celtas. aut ſubiuga Marte ſecundo
Cantaberiſſet eques pleno excipiente triumpho
Decreuere patres tantis grata omnia geſtis.
Magna damus niſi tu nolis maiora daturi
Iure pari. merito diuerſo. non quaſi belli
Intuleris motus: Uenetum ve retuderis hoſtem:
Gratamur reduci. ſed quod te principe belli — Trãquillitas Philippi
Suſpicio procul omnis abeſt, huc ocia tecum.

Nunc pacemqꝫ trahis: tutiſſima tempora abactis
Te veniente malis ſubeunt ſperata ſolutis
Vita redit. tranquilla quies te preſule iniuit
Spes ſua cuiqꝫ redit: tum ſi quis fleuerat ante Leticia cōmunis
It dolor: itqꝫ timor. ceſſant cureqꝫ metuſqꝫ
Laeticia certatur: eunt matreſqꝫ viriqꝫ
Uno hilares voto prece manibuſqꝫ ſupinis
Attollunt vultus laeto et clamore ſalutant
Te. patremqꝫ vocant. ſaliuntqꝫ et carmina dicunt
Vocibus aura fremit. dulciqꝫ quatiturqꝫ boatu
Ornate nituere domus porteqꝫ vieqꝫ
Longaudent dominis. ſpecioſaqꝫ pallia tectis
Dependent. quod Zenſis opus quod pingat Apelles
Texat Achemenio locuples quod Perſia fuſo
Quod ſtruxiſſet Arachne. et quod diſcriminet vncas
Pallas acu quod eat Phrygijs certare tapetis.
Delitias oculis. veterum argumenta laborum
Parietibus muriſqꝫ locant. haeſere feneſtris
Intextis aulea notis. celebrata parentum
Facta reuiuiſcunt. magneqꝫ ex ordine pugnae.
Preterea feſti inſuetis fulgoribus ignes
Urbe crepant: lucentqꝫ faces et lumine maius
Excipitur lumen. ſtelliſqꝫ abeuntibus inſtant
Solares radij. et Phoebee lampadis ignes
Obſcuraturi ſi quos adiere minores
Igne ſuo minor eſt. quemcumqꝫ o maxime rerū
Uirtutes tetigere tue. tu lumine lumen Splēdor Phi
Excipiendus ades. denſoqꝫ armata iuuentus lippi
Stat diffuſa globo: et turmae panduntur equeſtres:
Oſtenditqꝫ tibi dederit quas patria vires

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

Queqȝ ſequantur opes: dic quis compelleret iſtum
Ui populum..qui nunc ſumptis tibi ſe obtulit armis?
Quiqȝ vt tu regnes petit. extorquetqȝ precando
Amor erga Philippũ ſuorum
Heu quanta ve regnat amor. diſcedite faſtu
Qui vultis captare fidem. petitiſqȝ timeri.
Undiqȝ tutus amor. nunq̃ irrequieta tyrannis
Suſpitõe caret. odijſqȝ obnoxia regnat
Pompa.
Cernis: vt eſt templis alius nitor. omnia cultu
Feſta nouo. quid tale rogo prior annus habebat:
A verecũdia cõmendatur
Omnia magna quidem. verum ad te parua tuoqȝ
Aequa minus decori. potes hos pulcherrime plauſus
Tam trepidi amplecti?teqȝ his cenſere timorem?
Digne omni Pompa: ſolenni digne triumpho.
Ingredere o. laetuſqȝ tuum conſcende tribunal.
Da leges: da iura viris aſſueſce vocari.
Spes miſeris. tutela inopi: dant numina ſolis
Principibus ſapere ante diem tu Pallade d extra
Oblatis fruere: et regni ſubeuntis habenas
Arripe: ſublimiqȝ animo contende priores
Effectus anteire tuos: magis iſte magiſqȝ
Publicus ardet amor. concoeptaqȝ opinio de te.
Agnoſcis ne tuos. iſtum vinciſqȝ pudorem
Omnia qui vincis. fortunatiſſime rerum?
Fortuna Phi-lippi.
Nam quae multorum fortune dona videntur
Sparſa locis: in te mixta et collecta tuemur.
Nomen opes formam genus. o te cuncta repente
Et pariter factum. namqȝ vt te in regna locarent.
Exiguo ſpacio: et properato occumbere lacto
Ante duos voluere dei. ſuccedere pre te
Non veritos. hec ſigna dabant: depoſceret iſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

Quem foꝛtuna loco noſqȝ admonuere legendi
Pꝛincipis. hucquo fata vocent. ſi tertius eſſet
Auſus in hoc ſolium vetito ſe mittere fato
Dijs equidem iratis reoꝛ. euentuqȝ ſiniſtro
Punitum erroꝛem. nos leti amplectimur omen.
Foꝛtunamqȝ tuam ſtudio ſectamur ouantes.
Ponite foꝛtune reduci ſua pꝛemia ciues
Et templis oꝛnate deam. ſacroqȝ dicato
Multa reis voti grata cadat hoſtia dextra.
Veſtris ille animis multaqȝ cupidine nuper
Expectatus adeſt. tam longe tempoꝛe pꝛo quo
Pallida turba fuit. ſub cuius ſpeſqȝ timoꝛqȝ
Conſtitit aduentu. cuius veſtra omnia voſqȝ
Commiſiſtis opi. pꝛeſto eſt qualemqȝ ferebant
Apparet. capiturqȝ oculis. geſtitqȝ videri
Leticiam reſtata virum. plebs omnis adoꝛet
Pꝛincipis aduentum. ſummo excipiatqȝ fauoꝛe
Libera facta ducem. nullis non gaudia templis
Nulla non ſint plena domo: plateiſqȝ foꝛoqȝ
Vos Traiectino circundate vincula lano
Pax erit. in curuas gladios contundite falces
In vomerem. in duros galeas conflate ligones.
Quis canet hos plauſus: equaliqȝ efferet oꝛe
Leticiam populi: et tales te intrante paratus?
Aut que poſteritas credet. fictumqȝ negabit
Decerat illa ſides. ſuperum hec pꝛomiſſa fuerunt
Teutonie matri ſtygium iurata per amnem
Et quanta animo concepta geras: quam magna volūtas
Non poſſet ſatis eſſe dies. facere omnia mauis:
Non vis ſpes augere tuas. pꝛomittere non vis:] Philippi vo-luntas

Hoc vnum ſu voto eſt. vt parcius iſta gerantur.
Leticię plauſus: clamor. concētus honores
Tantus es o princeps: et non vis tantus haberi.
**Ad applauſuz** Immo ardete vię pompa. vos plaudite ciues
Nuncq; oportunum tempus magis iſta popoſcit.
Hoc deſyderium eſt. hic eſt amor. illa cupido
Hec ſunt vota viri. vos obuia tendite leti
Brachia in aduētum tanti ducis. omnia ſtrata
Una reple vulgi facies. longoq; moretur
Ordine turba vias. incendite lumina. flores
Spargite. quos non fregit hyēs: que gramina ſucco
Nondum exhauſta manent. nihil intermittite: qđ vo-
**Comparatio** Lętari doceat: quales: cum ſedula mater
Ales abit paſtum: iam primo oriente. reditq;
Sera. ferēs pleno miſeris ſolamina roſtro
Impaſti exiliunt pulli. quaſſantq; frequenteis:
Aduerſum pennis nondum velantibus alas
Mutuaq; inter ſe leti certamina ſumunt
Qui primos ferat ore cibos et colla ſubaptant.
Matris in occurſum: vos haud ſecus ante cupitum
(Uenit enim) captate ducem. ſolatia veſtris
Arripite impleti curis. arceſſite dignum
Hoc deſyderio munus: tu te obuius apta.
Fortuniſq; tuis indulge. occaſio preſens
**Exhortatio** Ne ſine dilabi verſatur: an optime princeps
Nē timęare times. & non vis eſſe moleſtus:
At nobis: niſi te das illa moleſtia ſurgit.
Quid velles manſiſſe domi: tenuiſſe quietem
Traduxiſſe annos vitę muſiſq; tibiq;
Non hec conditio eſt pro te: tuaq; altera ſors eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

Hactenus indultum muſis placidoq̄ labori
Priuatim fuerit tempuſq̄ extraxerit illud
Docta quies nobis. nunc te ad maiora vocari
Fata iubent. ſplendorq; tuus iam cognitus ante
Quã viſus notuſq; fores. illa aula docebat
Infanti reptata tibi: documẽta futuri — Infantia Phi lippi
Tunc quoq; magna dabas tua plane infãtia tãte
Virtutis preſaga fuit prima extitit etas
Indicio: nam cũ ſpacio lucina peracto
Depoſitura foret maturi pondera ventris
Excepere deae puerum: nympheq; frequẽtes
Colluſere tibi: et quas impoſuere coronas
Põtificale decus iuſſere apicemq; futurum
Signare. et que fata forẽt. nota eſſe iubebant
Continuo ſtudijs: tu te committis ⁊ artes
Tedis ad ingenuas. nec conuerſantibus vſq̄ — Pueritia Phi lippi
Moribus offendi ſinis: ⁊ cum primũ erat etas
Omne inquirebas ſcripti genuꝭ: illius ergo
Acciſti doctos ſubmiſſa fronte magiſtros
Hiſtoriaſq; loqui tecum. veterumq; volebas
Acta ducum ſemꝑ legere atq; audire paratus
Quod mores ornare tuos: quod comere poſſet
Ingeniũ. dociles q; animi protendere vires
Quid. cũ Traiecti: iã lectus epiſcopus eſſes:
Crexiſti animũ ſubito. ⁊ rerum humanarum.
Corde relegaſti curas: cui deditus eſſes — Laus ab offi cio
Officio certus. contempſiſtiq; fugacis:
Molle voluptatis ſtudium: non optio ſolum
Nec probat Alciden. etiã tibi blanda libido
Aſtitit. omẽ ferens placidum: excluſoq; labore — Hercules



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

Voluptas ad Philippum

Obtulit illecebras. et dulcis amabile luxus
Commendauit opus. tibi ſoli viuere iuſſit
Extra animi curas. Quid enim niſi noueris vti
Diuitie facient. inquit: tu premia tante
Arripe fortune: ſatia te dotibus illis:
Dura fuge: hec vltro venient: nec te ange ſed aufer
Que potes hinc tecum. mors qua te acceſſerit hora.
Finiet omne bonum. ne pretereuntia perdas:
Vtere temporibus: ſolus qui impleuit hiantem
Delicijs animum vixit: nec ad ardua duco
Quam tero lata via eſt: contra aſtitit aurea virtus:
Mandans dura pati. ne fide abeuntibus inquit
Vt perdas meliora bonis. non longa voluptas.
Quam feret hec etas eterna incommoda ducet.

¶ Virtus ad Philippum:

Ipſa quidem in medio curſu fugit: optima ſecum
Dum linquit peiora ferens. breue tempus et inſtans
Exitium vita illa dabit. ne ſperne labore
Paruo magna ſequi. nam ſi contempſeris huius
Luxuriam vite. te amplisſima multa ſequentur
Durabuntq; diu: Tu quantum a corpore cedes:
Tantum animi cultus: tantum coeleſtia tanges
Agnoſceſq; deos: et ne non premia ponam:
Gloria: fama. decus: nomen: monumēta dabuntur
Dixerat extemplo durum virtutis amore
Puber adhuc ingreſſus iter. melioribus omnem

A prudētia

Aptaſti: curis animum: quis caſtius alter
Quam viuis loquitur: quis ve impollutius alter
Quam loqueris viuit: quis cautius ocia vitat
Officij memor: aut quis plus prodeſſe laborat?
Huc vos o ſtatue (neq; enim viuiq; viriq;)

Pontifices: oculos aduertite. vita petatur
Huius ab exemplo: vos in preſentia tantum

In quorũdam luxuriam

Procliues animis vitam conſumitis omnem:
Ignari que vos deceant: venatibus apti.
Ociaqꝫ infami ſecordia ducere ſomno
Uina. dapes. choreas. cantus. bona ſumma putatis
Paſcitis ingluuiem. Quid. quod dixiſſe pudendum.
Huic foret. at vobis etiam feciſſe decorum.
In Ueneris ludum. et foedas deſcẽdere ſordes?
Non poſſum laudare bonos. rectumqꝫ tueri
Non odiſſe malos. crimẽqꝫ inceſſere lingua
Horum iſti nihil eſt. in relligione diurnas

A cura religionis

Nocturnaſqꝫ vices diſponit: et anxius ambit
Officio ſatis eſſe ſuo. non ille miniſtro

Laus

Committit peragenda ſibi ſua ſacra videtis.
Romota tractare manu. proprioqꝫ canentem
Ore deum laudes: cui mẽs fuit iſta priorum
Cuiue iſtud ſtudium: ſimiliſqꝫ in rebus agendis
Sedulitas: primo ingreſſu collapſa tot annis
Reſtaurare parat: quis munera largius vnqꝰ

A ſedulitate
A liberalitate

Diſperſit cum tempus erat. quis ve inter egenos
Profudit tam letus opes: quis ſepius artes
Affecit lucro: et meritis bene dona rependit:
Surgite virtutes. experrecteqꝫ reuerti
Uſibus humanis gaudete. immenſa merenti
Premia propoſuit. deſpecta attollite rectas
Ceruices ſtudia ⁊ rediuinam apprendite palmam

A clementia

Inuitat precio virtutem. moribus altum
Egregijs aperitur iter. clementior tllo
Non fuit. inſanam cohibere tenacius iram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

Pepericorn⁹ iudeus tinct⁹:

Ab affabilitate

A grã et amore apud oẽs

Qui poſſet: ſtimuloſqꝫ ſuos arcere ꝑmendo
Quis videt iratum: neqꝫ tũc cum audita fuiſſet
Cauſa Pepercorni. tetricꝫ adaperta veneni
Scrinia in exitium ſibi facta ſuiſqꝫ videret
Pro cauſa doluit: quod ſi miſeratio haberet
Hac in fraude locum. potuit vel tollere poenam
Uel lenire modo. dic nunc cur iſta recuſes
Tam merito p̃ſtata tibi: cur plaudere vulgum
Et clamare vetes: letos ve inferre triumphos
Aut ſepe iſta feras: aut ſis non talis oportet:
Sis tamen. et ſepe iſta feras tibi carmina promant.
Te feſto clamore notent populuſqꝫ patreſqꝫ
Qui meruit bonus ẽ non qui detractat honores.
Tu quoqꝫ natiuum blando moderare rigorem
Affatu. moreſqꝫ tuos ex tempore dulci
Tẽperie miſces: hinc factum vt amabilis cẽs
Utqꝫ tuis charus. ne circumſtãtibus armis
Excubijs ve ducem ciues defẽdite veſtrum.
Hoc melius p̃ſtabit amor. q̃s tenderet iſti
Inſidias animo. aut que nõ iam ingreſſa rediret
Fraus perculſa retro. nemo ẽ qui te oderit. om̃es
Hi quoqꝫ q̃s grauis illa poteſt fortuna fuiſſe.
Natura ſuadẽte colunt. ꝛ ſi ipſe requiras:
Unde ſuus ſit cuiqꝫ fauor: tam tu ipſe feceris
Quam virtus tua cauſa rei: tua gratia fines
Expaciata ſuos: extrema ꝑ omnia venit
Huic aliquẽ poterat non omninoqꝫ pudẽdum:
Suffeciſſe loco Inſula. quot obãbulat vrbes
Quot populos: ꝛ ſe vicina a gẽte tueri
Uenit ab extremo. qui cetera vinceret: Albi

Spectatę virtutis honor: ſuffragia ſoluit
Ambiguis tua fama viris: fama illa tuorum
Nuncia parca operum: quã tu maiora ferẽdo
Oſtẽdis non eẽ parem virtutibus iſtis
Cui non fama ingẽs multorumqꝫ ora tulerunt
Dignum aliquid meritis. huic nos equale feremus
Mole grauor. rerumqꝫ immẽſum panditur equor
Cẽtum in te linguis: cẽtenoqꝫ ore ſonandum
Utẽdum Phoebo: queqꝫ augẽt omnia. muſis:
Immẽſaſqꝫ foret vires conſumere dignum
Nunc ſatis eſt celebri veniẽtẽ inducere plauſu
Leticiaqꝫ ornate diẽ cantuqꝫ iociſqꝫ
Quod nos non pigeat: quod tu feliciter omen:
Accipias. poſſiſqꝫ omnes meminiſſe ꝑ annos

¶ Excuſſum Dauentrie in officina Ja-
cobi de Breda Anno domini. M.
D. xvij. Quarto Calend.
Nouembr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14



KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 14